



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CVI. Gebrüder von Breseke bekunden, daß sie über die Besitzungen der Gewandschneidergilde zu Salzwedel in den Dörfern Gardyz und Plothe nur so lange ein Schutzrecht haben sollen, bis die Gilde die ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

quod hunc censum predictum, qui in summa quinque marcarum continetur, redimere possint nostri successores consilio presidentes, Et quod magistri dicte nostre Gylde prefatum censum Annis singulis debite extorqueant ipsorum infirmorum vsui et ministrent, Ad hoc ipsos Johannes bertoldi uel aliquis suorum heredum fideliter debebit exhortari. Cum vero nostri successores in consilio predictum censum redimere decreuerint, tunc pecuniam qua redimitur, commutari debebit in perpetuos redditus in vsu ipsorum infirmorum utique ministrandos. In cuius rei certitudinem pleniorum sigillum nostre Ciuitatis huic litere caucius est appensum. Anno domini M^o. CCC^o. XXXII^o., feria VI. infra octauam Cecilie virginis.

Nach dem Originale im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 14, No. 13.

CV. Der Rath der Altstadt Salzwedel befundet, daß M. Gebhard von Prusia zwei Kämpe im Felde Perwer den Vorstehern des h. Georg vermacht hat, am 8. April 1334.

Nos Johannes Hartwici, Johannes Bartholdi, Conradus Krus, Johannes apud fontem, Ghesu Turitz, Gylo Stefou, Arnoldus Ruxleue, Hennieke Wenrich, Henricus Dystorp, Johannes Mechow, Consules antique civitatis Soltwedele, recognoscimus et testamur lucide tam presentibus quam futuris, quod Magister Gheuehardus de Prusia, morans nobiscum in civitate, comparavit duo spatia, que vulgo Kämpe dicuntur, sita in Campo Perwer, a Tylone de Ursleve, nostro concive, suis denariis, ad tempora sue vite et Gybben, nunc sue ancille, et Conradi et Gheuehardi, filiorum ipsius Magistri Gheuehardi, possidenda. Postquam vero hi quatuor vitam eorum hic finiverint naturalem prevocati, ex tunc dicta duo spatia vendi debebunt, per Provisores Sancti Georgii, sibi apud civitatem Soltwedel, quicumque pro tempore fuerint, ad jus civitatis Soltwedele possidenda, et pecunia, pro qua vendimus, verti debet in usum Sancti Georrij antedicti. In cuius etc. Anno Domini 1334, feria sexta ante Misericordias Domini.

Besmann's Beschreib. a. a. D. Sp. 90.

CVI. Gebrüder von Breske befunden, daß sie über die Besitzungen der Gewandschneidergilde zu Salzwedel in den Dörfern Gardyz und Plothe nur so lange ein Schutzrecht haben sollen, bis die Gilde die Proprietät daran erwirbt, am 18. Februar 1336.

In nomine domini Amen. Nos henninghus, Jacobus, fredericus, Nycolaus, wycharthus, fratres, samuli, dicti de Breske, tenore presentium recognoscimus et testamur publice vniuersis, Quod nos et nostri heredes legitimi in villa Gardyze duos choros filiginis, prouenientes Annis singulis ex curia nunc Gherardi de Swechten, chorum filiginis prouenientem ex curia Rouers, dimidium chorum filiginis prouenientem ex curia schulteti in villa plothe, chorum filiginis prouenientem ex curia nunc Gherardi de Besendal, chorum filiginis prouenientem ex curia Heynonis de Lenzen, filii walteri krumdal, quondam ciuis in Soltwedel clare memorie, que bona sunt fratrum

Gylde panniscidarum in Saltwedel plane cum omni Jure debemus bona fide in bono conseruare et sine omni impetitione plenarie, tamquam hereditaria nostra bona, quousque fratres dicte gylde proprietatem dictorum bonorum fuerint consecuti. De hinc quando fratres prefate gylde nos fratres predictos de Breskeke uel nostros heredes legitimos requisiti habuerint, prefatis bonis omnimode renuntiare debemus, omni contradictione subtermota. Nam nichil in eisdem bonis penitus iuris habemus, nisi tantum, quod ipsa bona debemus preplacitare et in bono conseruare, prout supra continetur. In premissorum omnium euidentiam clariorem presentem dedimus literam nostris appendentibus sigillis caucius consignatam. Anno domini M^o. CCC^o. XXXVI^o., In dominica Inuocauit.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Saltwedel, Fach 14, No. 12.

CVII. Henning von Garthow überläßt der Elendengilde in Saltwedel seine Lehnsherrlichen Rechte über Hebungen aus Benkendorf, am 20. März 1336.

In nomine domini Amen. Ego Henninghus, famulus, de Gartowe dictus, filius Iohannis quondam militis dicti de Gartowe felicitis recordacionis, presentibus recognosco, quod in presencia mea constituti Thydericus, Iohannes, Hynricus, fratres, filii Ghodekyni Godschalci, quondam ciuis in Soltwedel clare memorie, matura ipforum deliberacione prehabita et vnanimi voluntate ac pleno consensu omnium eorum super hoc requirendorum dimiserunt et resignauerunt discretis uiris Henneken Brunefwick, Iohannes Zelzyng, Thyderico Brewyzt, Iohanni Clot, illius anni tutoribus congregacionis dicte Elendengilde, atque Vefoni Lydderus, Stephano Thuritzen, Henneken Went, Helmerico de Stulpen, Philippo pistori, Tyloni de Vrsleue, ciuibus in Soltwedel, ad manus predictae congregacionis in curia Gherardi de Lyften, sita in villa Bennekendorp, XXX modios filiginis et duos pullos annis singulis percipiendos, cum omni iure supremo et infimo, aduocacia, cum omnibus attinenciis, cuiuscunq; condicionis fuerint, etiam cum iure infra sepes ipsius curie, Quam quidem curiam seu redditus predicti filii Godekyni Godschalci a me hactenus iusto pheodo habuerunt. Insuper ego Henninghus predictus famulus profiteor manifeste, quod dictis tutoribus dicte congregacionis et eorum lociis pronotatis dimisi ac presentibus dimitto ius pheodale super dictos redditus et curiam ad vsum sepe dicte congregacionis perpetue possidendum, nihil penitus reseruans et meis heredibus ueris in iam dicto iure pheodali. Ipsi etiam uolo et debeo huiusmodi iuris pheodalis, prout iure est cautum, plenam uarandiam ministrare, Ita si aliquis in posterum predictum ius pheodale impecierit quoquo modo, hoc simpliciter ego Henninghus, prenotatus famulus, meis laboribus pariter et expensis propriis debebo disbrigare, quod promitto per presentes. In cuius rei luens testimonium sigillum mei patris supradicti, quo frequencius vtor, tanquam proprio, presentibus est appensum. Anno domini M. CCC. XXXVI., Feria quarta septimane dominice passionis.

Nach dem Original im Salz. Archive XII, 21.